Felix homo est: cui p̃sto est. cum voluerit habere deum. O quanta est dignitas hominis. filiũ habere deum: ⁊ quanta est humilitas omnipotentis: habere hominẽ patrẽ. ⁊ quanta est nobilitas anime xp̃m ipsum habere spõsum. Sãcta ergo anima ⁊ veri sponsi amica ad dilecti sui aduentum summo cum desiderio semp debet inhiare: ⁊ parata atq; expedita esse: vt pulsantem amicũ absq; vila dilationis iniuria possit suscipere: ⁊ vocanti cum omni alacritate occurrere. ne subito ⁊ inopinate aduenienſ. minus promptam ⁊ minus ornatam inueniat: vel diu exclusus diuturne prestolationis vllam molestiam sustineat. Aliud autem est cum ipso ĩtrare. atq; aliud est ad ipm exire. Ibi aia ad seipam reuertitur: ⁊ cũ dilecto suo vsq; ad intima cordis sui penetralia ingredit. Hic extra semetipsam ducitur. ⁊ ad sublimia contemplanda subleuat. Quid nãq; est eius introire. nisi se totam in semetipsaz colligere: quid ꝓ est eius exire. nisi seipaz extra semetipsam totam extendere. Nihilitaq; aliud est animã cũ dilecto suo in cubiculum ingredi: ⁊ solam cum solo morari. dulcedineq; eius perfrui. nisi exteriozuz omniũ obliuisci. ⁊ in eius dilectione sũme ⁊ intime delectari. Se solam cum dilecto videt: quãdo exteriozꝫ omniũ oblita exp̃ria consideratiõe in dilecti sui dilectionẽ desiderium suũ purgat. ⁊ ex his que in intimis suis considerat animũ suũ in huius modi affectũ inflammat. ⁊ tam ex bonozũ q̃ ex malozum suozꝫ consideratiõe in gratiarumactione assurgit. ⁊ hic pro indulta venia intime deuotionis victimas psoluit Vsq; in intimũ dilectus perducitur et in optimo collocatur. quando ex intimo affectu supomnia diligitur. Cogita quid sit: qõ in vita tua ardentius dilexisti. anxius concupisti: qõ te iocundius afficiebat. certisq; omnib⁹ profundius delectabat. Considera ergo si eandem affectionis violentiam. delectationisq; abundantiam sentis. quãdo in summi dilectozis desiderũ inardescis. quando in eius dilectione requiescis. Cui dubium vt q̃ intimũ illum affectionis tue sinuz necdum teneat. si intime dilectionis aculeus animaz tuam minus penetrat. tepidi⁹ exagitat q̃ in alienis affectionib⁹ aliquãdo penetrare vel exagitare solebat. Sed si tantam prozsus vel forte validiozẽ dilectionis violentiam in intimis tuis circa diuina psperis. q̃ alias nunq; expertus fueris. vide adhuc si forte aliud aliquid sit. in quo delectari vel consolari possis. Certe q̃ diu possumus ex alienа qualicunq; re cõsolationẽ vel iocunditatem concipere. nondum audeo dicere dilectum nostrum intimũ ardentissimi amoris sinum tenere. Satage ergo. festina trahere euz adhuc o beata anima. quis em̃ neget illud intimũ ad cordis humani penetrale tales recessus habere seu etiam obtinere posse. in quib⁹ summi ⁊ singlar̃ amoris violentia. cum aliquid per affectum in

fixerit. alienā omnino delectatione auelli non possit. Certe si alienam aliquam consolationem queris vel recipis. deum tuum quis fortasse summe. nondum singularitē diligis. Nondum ergo in intimū pducit nōdum in intimo collocatur. Si ergo nō satagis introducere eū ad intima tua: quomodo te credam velle: vel posse sequi eum ad sublimia sua. Certum ergo signum tibi sit anima quecunq es: qd dilectum tuum minus diligis: vel ab illo minus diligeris si ad theoricos illos excessus nondum vocaris. vel vocantem sequi nondum merueris. Quomō eīm pfecte diligis vel diligeris. si in summoꝝ desiderio ad supna non raperis ꝛ ad theoricos illos conatus mentis alienatione non transis. Vis nosse qꝛ sublimitas diuinaꝝ reuelationū sit manifestum diuine dilectionis indicium. Iam nō dicā inquit vos seruos sed amicos: qꝛ omnia que audiui a patre meo nota feci vobis. Satage ergo deum tuū intime ꝛ summe diligere: ꝛ omni hora in diuine contēplationis gaudium summo cū desiderio anhelare. Collige teipsam ad temetipsam totam. ꝛ in solo diuinitatis desiderio requiesce.

Anima precipit erigere se ad sublimia cōtemplanda. Cap. lxxi.

DEbet nanq anima perfecta ꝛ assidue summoꝝ contemplationi dedita omni hora peregrinatiōis sue terminum ꝛ ergastuli huius egressum. cum summo desiderio expectare: ꝛ ad illud diuine contemplationis spectaculum: quod i futura vita speramus. animū suū cōponere suspendere: ꝛ in eiusmodi expectatōe vehementi desiderio anhelare: vt qd interim videt p speculum in enigmate: mereat videre facie ad faciem. Accesse est itaq ad cor altum ascendere ꝛ mentis excessu p dñicam reuelationem addiscere quid sit illud: ad qd studere vel spectare oportet: ꝛ ad qualem sublimitatē habeat animū suū cōponere ꝛ assuescere. nam si semel ad illā luciferam euangelice sublimitatis gloriam admissus fuerit. ꝛ ad illud diuinoꝝ luminum spectaculum intrare meruerit. cū intimis desideriis. cū pfundis suspiriis cū inenarrabilibus gemitibus eum qui eiusmodi est puramus insistere: cū assidua recordatione cū iocunda admiratione. inspectam claritatem credimus eū retractare: mēte q̄ reuoluere. Illā desiderando. illam suspirando. illam contemplādo. donec tandem aliquā in eandem imaginē transformet a claritate in claritatem tanq̄ a dñi spū. Verūtamen cū ab illo sublimitatis statu ad nosmetipsos redimus. illa que prius sup nosmetipsos vidimus in ea veritate vel claritate qua prius prosperimus ad nostram memoriam omnino reuocare nō possumus. Et cū inde aliquid in memoria teneamus: ꝛ quasi p mediū velum: ꝛ velut i medio nebule videamus. nec modū quidem videndi nec qualitatē visionis cōprehendere vel recordari sufficimus ꝛ mirū immodum reminiscentes nō reminiscimur. ꝛ nō remiscētes remiscimur: dū videtes nō preuidemus ꝛ aspicientes nō pspicimus. ꝛ videtes nō penetramus donec ire q̄ meditatōe assurgamus i ꝓtēplationē. ꝓtēplatōe in admirationē. admiratōe in mētis eleuationē. Per veritatis contemplationē eruditur homo ad iusticiam. consumat ad gloriā. Gratia contēplationis cor ab omni mūdano amore non solū emundat sed sanctificat. ꝛ animū ad celestiū amorē inflāmat. Qui diuina inspiratione ꝛ reuelatiōe ad contēplationis grām promouet. quasdā arras future illius plenitudinis accipit: vbi sempiterne cōtemplationi inherebit. Qui ꝓ contemplationi vitat: vult vacare. necesse est vt discat requiescere nō solū ab opibus malis. sz etiā a cogitatiōibus superuacuis. Multi siquidē: ꝛ si sciant vacare corpe. mime tū valent vacare corde nesciētes facere sabbatum ex sabbato: ꝛ ideo non valent implere qd dicit i psalmo. Vacate ꝛ videte quia ego sum deus. Vacantes siquidem corpe sed vagantes vbiq̄ corde nequaq̄ merentur videre q̄ dulcis est dñs ꝛ q̄ bonus israel deus his qui recto sunt corde. Inde est q̄ hostes derident sabbata eoꝝ. i. ipsa sue vacatiōis ocia q̄ cogitatiōes iutiles ꝓtrahūt ꝛ p deuia q̄q̄ vago icessu sine respectu quētionis passim huc ꝛ illuc vagant. Animus eoꝝ in diuersa rapit ꝛ nūc in hāc ꝓtē nūc i illā discurrēdo mira agilitate i ꝓria agit.

Sic sic q̃diu sub egenis huius mũdi elemẽtis viuim⁹ desideria nr̃a vltra gaudia extendim⁹: qz infinite plura sunt q̃ ꝓcupiscimus q̃ q̃ in hac vita appẽdere possum⁹. Bt̃a aũt illa supnoꝝ spirituũ mĩtitudo desideria sua vltra gaudioꝝ suoꝝ non extendit plenitudinẽ q̃ felicitatis sue infinitatem vel ĩmensitatem ꝓprehendere oĩno non sufficit. Est aũt illoꝝ gaudiũ non solũ de cõtẽplatõe creatoris sz etiã in cõtemplãdis eius creaturis. Dũ em̃ deũ in oĩbꝫ suis opibꝫ mirabilem inueniũt. quid miꝝ si vbiq̃ mirãdo venerant: venerãdo mirant magnalia ei⁹ quẽ diligũt. Inuenient itaq̃ nõ solũ in creaturis incorpeis: sz etiã in creaturis corpeis vñ mirant. vnde creatorẽ eoꝝ digne venerant. Hec oĩa iugiter mirant z ꝓtemplant. contemplãtes mirant. mirantes letant. letant de diuina ꝓtẽplatõe. ꝓgratulant de mutua visione. mirãt i rep̃ corpaliũ speculatõe. Discam⁹ z nos ꝓtẽplãtes mirari z mirãtes ꝓtẽplari. quõ illi⁹ supne bĩtudinis ciues: oĩa q̃ sub ipis sunt indesinent aspiciũt: oĩmq̃ q̃ ab alto vidẽt rõnẽ z ordinem ꝓpẽdunt quõ de mutua societate insolubiliq̃ charitate in infinitũ gaudeãt: quõ in illã diuĩe claritatis visionẽ insatiabilit̃ ĩardescãt. Nihil est iocũdius: nihil vtili⁹ gr̃a ꝓtemplationis. Quãto ampli⁹ in celestiũ contemplatione delectaris: z delectãdo admiraris tanto libentius immoraris. tanto diligẽtius perscrutaris. profundiusq̃ illumina ris. semper in illis inuenies quod mireris z vnde delectẽris. Nusquam est copiosior materia admirãdi z nusq̃ vtilior cã delectandi. In his g̃ sp̃ sit tua admiratio z delectatio: nec necesse erit alia p̃ alijs querere. z p̃ vanaz huc illucq̃ cogitationũ euagationem discurrere Deũ nanq̃ cognoscere plenitudo est scie. Plenitudo autẽ hui⁹ scie plenitudo est gl̃rie. cõsummatio gratie. ꝑpetuitas vite. Ad hui⁹ ꝓo scie plenitudinem opus est poti⁹ intima ꝓpũctõe q̃ profunda iuestigatõe. suspiriis q̃ argumẽtis: crebris lamẽtationibꝫ q̃ copiosis argumẽtationibꝫ. lachrymis q̃ sentẽtijs. orõne q̃ lectione: gratia lachrymaꝝ q̃ scientia lr̃arum: celestium potius contemplatione q̃ terrestriũ occupatione.

Diui bernardi abbatis Homelie sup euangelio: Missus est.

Prologus.

Scribere me aliquid deuotio inbet z prohibet occupatio. Verũ tamen quia prepediente corpali molestia fratrũ ad presens non valeo sequi conuentũ id tantiliũ ocij qõ vel mihi de somno fraudans in noctibus intercipere sinor: non sinã ociosuz. Libet ergo temptare id potissimũ aggredi: qõ sepe animũ pulsauit: loqui videlicz aliquid in laudibꝫ ꝗginis matris sup illa lectione euangelica: in qua luca referente dominice annũciatiõis continet̃ hystoria Ad qõ sane opus esse facien dũ. z si nulla fratrum quoꝝ me ꝓfectibꝫ deseruire necesse est: vel necessitas vrgeat vl̃ vtilitas moueat. dum tamẽ ex hoc nõ impediar: q̃ ad quecq̃ necessaria minus paratus inueniar non arbitror eos debere grauari. si ꝓprie satisfactio deuotioni.

Lectio sancti euãgelij scõm lucã.

In illo tempe. missus est angel⁹ gabriel a deo ĩ ciuitatem galilee: cui nomen nazareth ad ꝗginẽ desponsatam viro cui nomẽ erat ioseph de domo dauid: z nomen ꝗginis maria. Et reliq̃.

Homelia Prima.

Quid sibi vult euangelista tot propria nomina rep̃ in hoc loco tã signanter exprimere. Credo q̃ noluit nos negligenter audire: qõ tam diligenter studuit enarrare. Nominat siquidẽ nũcium qui mittit̃: deũ a quo mittit̃: ꝗgineꝫ ad quã mittit̃. spõsum q̃z ꝗginẽ amboꝝq̃ genus: ciuitatem ac regionẽ ꝓprijs noĩbus designat. Vt quid hoc: putasne aliq̃d horum superuacue posituz sit. Nequaq̃. Si em̃ nec foliũ de arbore sine cã: nec vnus ex passeribꝫ sine p̃re celesti cadit sup terrã: putem ego de ore sancti euãgeliste supfluum defluere ꝗbũ. p̃sertim inter sacra mysteria ꝗbi. Nõ puto: plena q̃ppe sunt oĩa supnis

mysteriis ac celesti singula dulcedine redū
dantia. si tñ diligentē habeāt inspectores
q̄ nouerit sugere mel de petra oleūq̄ de sa
xo durissimo. Nempe in illa die stillauerūt
montes dulcedinē ⁊ colles fluxerunt lac ⁊
mel. qm̄ rorātib⁹ celi desup nubibusq̄ plu
entib⁹ iustū. aperta est terra leta germinans
saluatorē. qñ dño dāte benignitatē: ⁊ ter
ra nr̄a reddēte fructū suū. sup illū montem
montiū: montē coagulatū ⁊ pinguē. mise
ricordia ⁊ ꝓitas obuiauerūt sibi: iusticia ⁊
pax osculate sunt. Illo q̄z in tpe vn⁹ iste in
ter ceteros mōtes nō modicus brūs ꝗ vi
delicet euāgelista. dū desideratuz nob nr̄e
salutis exordiū suo cōmendauit eloq̄o: ve
luti austro atq̄ e vicino sole radiāte iusti
cie: quedā ex eo spūalia pfluxerūt aromata
Utinā etiā nūc de⁹ emittat ꝓbū suū ⁊ liq̄
faciat ea nobis. perflet spūs ei⁹ ⁊ fiāt nob
intelligibilia ꝓba euāgelica: fiāt ī cordib⁹
nr̄is desiderabilia sup aurū ⁊ lapidē pcio
sum multū: fiant dulcioza sup mel ⁊ fauuz
Ait itaq̄.

Missus est angelus gabriel a deo. Nō
arbitror hūc angelū de minorib⁹ esse. q̄ q̄li
bet ex causa crebra soleāt ad terras fungi
legatione. Qd ⁊ ex ei⁹ noie palaz intelligi
dat: qd interpretatū fortitudo dei dr̄. Et
qz nō ab alio aliquo forte excellentiori se:
vt assolet. spū: sz ab ipo deo mitti phibet:
ꝓterea ꝗ ergo positū est a deo. Vel iōdi
ctum est a deo. ne cui brōꝓ spiritū suū de
us anteq̄ ꝓgini reuelasse putet consilium
excepto dumtaxat archangelo gabriele: q̄
vtiq̄ tāte inter suos potuit inuenīri excel
lentie: vt tali noie dign⁹ haberet ⁊ nuncio
Nec discordat nomē a nūcio. Dei quippe
ꝓtutem xp̄m quē mel⁹ nūciare decebat q̄z
hunc: quē simile nomē honorat. Nā quid
aliud est fortitudo q̄z ꝓtus. nō aūt idecēs
aut incongruū videbat dñm ⁊ nunciū cōi
censeri vocabulo: cū similis in vtroq̄ ap
pellationis: nō sit tñ vtriusq̄ silis cā. Alit
q̄ppe xp̄s fortitudo vel ꝓtus dei dicit. alit
angelus. Angel⁹ em̄ tm̄ nūcupatiue. xp̄s
aūt substātiue. Xp̄s dei ꝓtus dicit ⁊ est: q̄
forti armato: q̄ suū atriū in pace custodire
solebat. fortior supueniens: ip̄m suo bra
chio debellauit. ⁊ sic ei vasa captiuitatis
potēter eripuit. Angelus ꝓo fortitudo dei
appellatus est. vel q̄ hmōi meruerit proga
tiuam officij: quo eiusdē nūciaret aduen
tum ꝓtutis: vel qz ꝓginē natura pauidā.
simplicē. verecundā. de nouitate miraculi
nō expauescere ⁊ fortare deberet. Qd ⁊ fa
cit ne timeas inquiens maria. inuenisti. n.
grām apd deū. Sed ⁊ ip̄m spōsum hoiez
vtiq̄ nihilomin⁹ humilē: ac timoratū nō
irrōnabiliter fortitan idē angel⁹ cōfortasse
credit. q̄z q̄z tūc ab euāgelista nō nominet
Joseph inq̄t fili dauid noli timere accipe
mariā ⁊ iugem tuā. Cōuenienter itaq̄ ga
briel ad ꝗ opus eligit. imo qz illi tantū ne
gociū iiūgit recte tali noie designat. Mis
sus est ḡ angelus gabriel a deo.

Quo.

In ciuitatē galilee cui nomē nazareth.
Videam⁹ si. vt ait nathanael: a nazareth
pōt aliq̄d boni esse. Nazareth interp̄tatur
flos. Videt aūt mihi quo ddā semē fuisse
diuine cogitatōis tanq̄z e celo iactatū ī ter
ras: allocutiones ⁊ pmissiones facte celi
tus ad pr̄es abraam ysaac ⁊ iacob. De q̄
semine scriptū est. Nisi dñs sabaoth reli
quisset nobis semē sicut sodoma fuissem⁹
⁊ sicut gomorra silēs essem⁹. Floruit autē
hoc semen in mirabilib⁹. q̄ ostensa sunt in
exitu isr̄l de egypto. in figuris ⁊ enigmati
bus p totū iter in deserto vsq̄ in terrā pro
missionis. ⁊ deinceps in visionib⁹ ⁊ vati
cinijs ꝓpheta⁹ in ordinatōe q̄z regni ac sa
cerdotij vsq̄ ad xp̄m. xp̄s autē hui⁹ semis
⁊ hoꝓ floꝓ nō merito fruct⁹ esse intelligit.
dicēte dauid: dñs dabit benignitatē. ⁊ ter
ra nostra dabit fructū suū. Et itez. De fru
ctu ventris tui ponā sup sedē tuā. In na
zareth ergo nūciat xp̄s nascitur⁹: qz ī floze
sperat fruct⁹ pcessurus. Sed p deunte fru
ctu flos decidit: qz ꝓitate apparēte ī carne
figura ptransit. Unde ⁊ nazareth ciuitas
galilee dicit. i. trāsmigrationis: q̄ nascente
xp̄o illa oia transierūt q̄ supius enumera
uit: q̄ vt ait apl̄s: in figura ⁊ tingebant eis.
Nos ḡ flores nos q̄ iam fructū tenemus:
ptransisse videm⁹. Et dū adhuc florere vi
debant transituri p̄uidebant. Un̄ dauid.
Mane sicut herba transeat. mane floreat
⁊ transeat: vespe decidat induret ⁊ arescat
Vespe etem. i. qñ venit plenitudo tempo
ris in q̄ misit de⁹ vnigenitū suū factum ex

ps. 84 r

ps 89

muliere factū sub lege dicente ipo. ecce no
ua facio omia. vetera transierunt ⁊ dispa
ruerunt. quomō in nouitate succrescentis
fructus flores decidunt ⁊ arescunt. vñ rur
sum scriptuz est. Fenū aruit ⁊ decidit flos
ꝓbum aūt dñi manet in eternū. Credo nō
ambigis quin ꝓbum fructus sit. ꝓbū aūt
xp̄s ē. Bon⁹ itaq̄ fructus xp̄s q̄ manet ie
ternuz Sz vbi est fenū qō aruit: vbi flos
qui decidit: ꝓpheta respondeat. omis caro
fenum ⁊ omis gloria eius tanq̄ flos feni.
Si ergo omis caro fenū. ergo carnalis il
le populus iudeoꝝ fenū fuit. An nō fenuz
aruit idem popul⁹ ab omi spūs pingudie
vacuus sicce lre adhesit. An non etiā flos
decidit. quādo gloriatio: quā habebant i
lege remansit. Si flos nō decidit vbi ergo
regnum: vbi sacerdotiū. vbi ꝓphete. vbi tē
plum. vbi deniq̄ magnalia illa: de quib
gloriari solebant ⁊ dicere. quanta audiui
mus ⁊ cognouimus ea ⁊ patres nri narra
uerunt nobis. Et iterum. Quāta manda
uit patrib nris nota facere ea filijs suis.
Et hec dicta sint pro eo: qō positū est i na
zareth ciuitatem galilee. In illā ergo ciui
tatem missus est angel⁹ gabriel a deo. Ad
quē. Ad ꝓginem desponsatā viro cui no
men erat ioseph. Que est hec ꝓgo tam ve
nerabilis: vt salutet ab angelo. tam humi
lis: vt desponsata sit fabro. Pulcra pmix
tio ꝓginitatis ⁊ humilitatis. Nec medio
criter placet deo illa aīa in qua ⁊ hūilitas
ꝓmendat ꝓginitatem: ⁊ ꝓginitas exornat
humilitatē. Sed quāta putas veneratiōe
digna est. in qua humilitatē exaltat fecun
ditas partus ꝓsecrat ꝓginitatē humilitas
Audis ꝓginē. audis humilē. Si non po
tes ꝓginitatem humilis. imitare humili
tatē ꝓginis. Laudabilis ꝓtus ꝓginitas.
sed magis humilitas necessaria. Illa con
sulitur. ista pcipitur. Ad illā inuitaris. ad
istam cogeris. De illa dicit. qui pōt cape
capiat. de ista dicit. nisi q̄s efficiat sic par
vulus iste nō ītrabit ī regnū celoꝝ. Illa q̄
remunerat. ista exigitur Potes deniq̄ sine
ꝓginitate saluari. sine hūilitate nō potes.
Potest inq̄ placere hūilitas q̄ ꝓginitatē
deplorat amissam. sine hūilitate autē au
deo dicere nec ꝓginitas marie deo placuis
set. Sup quē inq̄t requiescet spūs me⁹. ni
si sup humilē ⁊ quietū. Sup humilē dicit
nō sup ꝓginē. Si igit maria humilis nō
esset. sup eam spūsanct⁹ non requiesset.
Si sup eā nō requiesset. nō impregnass.
Quō enī de ipo sine ipso conciper. Patet
itaq̄. q⁹ vt de spūsancto conciper: sicut ip
sa phiber. respexit dñs humilitatē ancille
sue: potius q̄ ꝓginitatez. Et si placuit ex
ꝓginitate. tñ ex humilitate cōcepit Unde
constat. q⁹ etiā vt placeret ꝓginitas. pcul
dubio humilitas fecit. Quid dicis virgo
supba. maria se ꝓginē oblita gloriat de hu
militate: ⁊ negligendo humilitatē: blādit
tibi de ꝓginitate. Respexit ait illa de⁹ hu
militatē ancille sue. Que illa. Virgo san
cta. ꝓgo sobria. ꝓgo deuota Nunq̄d tu ca
stior illa. Nūq̄d deuotior. aut nunq̄d tua
forte pudicitia gratior castitate marie: vt
tu. s. sine hūilitate placere sufficias ex tua
ꝓginitate. qō illa nō potuit ex sua. Denis
q̄ quāto honorabilior es ex singulari mu
nere castigatione: tāto tibi tu maiorem in
iuriam facis. q⁹ eius in te decorez fedas p
mixtione supbie Alioquin expedit tibi vir
ginem nō esse q̄ de ꝓginitate supbire ⁊ in
solescere. Nō oim quidē est ꝓginitas. mul
to tamē pauciorꝝ est cū ꝓginitate hūilitas
Si q̄ ꝓginitatem in maria non potes nisi
mirari stude humilitatē imitari. ⁊ sufficit
tibi. Quid si ꝓgo ⁊ humilis es. quisquis
es. Est tamē aliq̄d maius qō mirer ī ma
ria. s. cum ꝓginitate fecunditas. A seculo
enī nō est auditū. vt aliqua sit mat esset et
ꝓgo. O si cui⁹ mat attendas: quo e tua sp
eius mirabili celsitudie ducet admiratio.
Nōne ad hoc vtre videas nec satis posse
mirari. Nōne tuo imo ꝓiratis iudicio illa
q̄ deū habuit filiū sup oēs etiā choros ex
altabit angeloꝝ. An nō deū ⁊ dñm ange
lorum maria suū audacter appellat filium
dicens. fili q̄d fecisti nobis sic. Quis hoc
audeat angeloꝝ. Sufficit eis ⁊ p magno
hūt q⁹ cū sint spūs ex ꝓdictiōe. ex gratia fa
ctī: ⁊ vocati sūt angeli testāte dauid. Qui
facit inq̄t angelos suos spūs. Maria ꝓ
matrē se agnoscens matestatē illam cui illi
cū reuerentia seruiunt. cū fiducia suū nūcu
pat filiū. Nec dedignat nuncupari de⁹ qō
esse dignat⁹ est. nā paulo post subdit euan
gelista. Et erat inquiens subdit⁹ illis. q⁹

Quib⁹ Deus hoīb⁹. deus inq̃ cui angeli subditi sunt cui principatus ⁊ potestates obediunt. subiect⁹ erat marie. nec tm̄ marie sed etiaz ioseph ꝓter mariā. Mirare ergo vtrūlibet ⁊ elige quid ampli⁹ miretz siue filij benignissimā dignationē siue matris excellentissimā dignitatem. Vtrunq̃ stupor. vtrūq̃ miraculū est. Et ꝙ deus femine obtemperet. humilitas absq̃ exēplo ⁊ ꝙ femina deo principet. sublimitas sine socio. In laudib⁹ ꝑginum singulariter canitur ꝙ sequunt agnū quocūq̃ ierit. Quibus ergo laudib⁹ iudicas dignā. que etiā parit eum. Disce homo obedire. disce terra subdi. disce puluis obtemperare De auctore tuo euangelista loquēs. ⁊ erat īquit subditus illis. haud dubiū quin marie: et ioseph. Erubesce supbe canis. De⁹ se humiliat ⁊ tu te exaltas. de⁹ se hoīb⁹ subdit ⁊ tu dñari gestiēs homib⁹. tuo te preponis auctori. Vtinam mihi aliquādo tale aliquid cogitanti deus respondere dignetur ꝙ ⁊ suo increpando apl'o rndit. Vade in qr post me sathana quia nō sapis ea que dei sunt. Quotiens em̄ hominib⁹ preesse desidero: totiens deo meo preire cōtendo. ⁊ tunc vere non sapio ea q̄ dei sunt. De ipso nanq̃ dictū est: ⁊ erat subditus illis Si hominis o homo imitari dedignatz exemplum. certe nō erit tibi indignū seq̄ auctorem tuū. Si non potes forsitan sequi euz quocunq̃ ierit. dignare vel sequi quo tibi condescendit. Hoc est si non potes sublimem incedere semitam ꝑginitatis. sequere vel deum p tutissimā viam humilitatz: A cuius rectitudine si qui etiam de ꝑginibus deuiauerint: vt vez fatear. nec ipi sequunt agnū quocunq̃ ierit. Sequit q̄dez agnū coinq̄natus humilis. sequit ⁊ supb⁹ ꝑgo. sed neuter quocunq̃ ierit: qz nec ille ascendere pōt ad munditiā agni. qui sine macula est. nec is ad eiusdem māsuetudinem descendere dignat. qua. s. non solum corā tondente se. sz corā occidēte se obmutuit. Attamē salubriorē elegit sequēdi ptē in hūilitate pctōr. q̄ in ꝑginitate superb⁹. cū ⁊ illius īmunditiam sua humilis satisfactio purget. ⁊ hui⁹ pudicitiā supbia inq̄net. Sz felix nimis maria cui nec hūilitas defuit nec ꝑginitas. Et q̄dem ꝑginitas singularis: quā nō temerauit sed honorauit fecūditas. Et nihilomin⁹ spālis humilitas quā nō abstulit. sed extulit fecūdaꝑginitas ⁊ incorruptibilis prorsus fecunditas. quā ꝑginitas sit comitat ⁊ humilitas. Quid hoz nō mirabile. Quid nō incompabile. ⁊ quid nō singulare. Mirum ꝓo si non hesitas in eoz ponderatōne. q̄d tua iudices dignius admiratōr: vez videlicet potius stupenda sit fecunditas in virgine an in matre integritas. sublimitas īprole. an cum tanta sublimitate hūilitas. nisi ꝙ indubitāter hoz singulis p̄ferenda sunt simul cuncta ⁊ incompabiliter excellētius est atq̃ felicius oīa peepisse q̄z aliqua. Et quid miz si deus q̄ mirabiliter legit ⁊ cernit in sanctis suis: mirabiliorem sese exhibuit in matre sua. Veneramini g̃ cōiuges in carne corruptibili carnis integritatem. Miramini etiā vos sancte ꝑgines ī virgine fecunditatem. Imitamini omēs homines dei matrz humilitatē. Honorate sancti angeli vr̄i regis matrē q̄ nr̄e ꝑginis adoratis plem. Ipm vtiq̃ nostz pariter ac vestz regem nr̄i genetz redēptorem: vr̄e ciuitatz restauratorē. cui⁹ apd vos raz sublimis: int nos tā hūilis a vob⁹ parit ⁊ a nob⁹ det dignitati debita reuerētia. ⁊ dignationi honor ⁊ glia i secla secl'oz amē.

Homelia. ij.

Nouū q̄dē canticū illō qd sol' i regn dei dabit cantare virginib⁹. ipam ꝑginū reginā cū ceterz: imo ꝓmaz inter ceteros esse cantaturā nemo q̄ ambigat. Puto aūt illā p̄ter illō solis licet cum oīb⁹ tn̄ ꝑginib⁹ ei vt dixi cōe erit dulciori q̄dam ⁊ elegātiori carmine letificaturā esse ciuitatez dei. Cuius vtiq̃ dulcisonos depromere vel exp̄mere modulos. ne ipsarū quidem ꝑginū vlla digna inueniet. qz soli merito decantanduz seruat: que sola de partu ⁊ partu diuino glat. Gloriat dixerim de partu nō in se. sed in ipo quē pepit Deus siqui dē de⁹ em̄ est quē pepit. m̄rem suā singl'ari in celestib⁹ donatur⁹ glia. singulari ī terrz p̄uenire curauit ⁊ gra q̄ videlicet ineffabiliter ⁊ intacta cōciperet ⁊ pareret īcorrupta Porro deū decebat huiuscemodi naritas q̄ nō nisi de ꝑgīe nasceret.

Talis ⁊ cōgruebat virgini partus: vt nō pareret nisi deū. Proinde factor hoīm vt homo fieret nasciturus de hoīe. talem sibi debuit ex oīb eligere imo cōdere matrē qualē ⁊ se decere sciebat: ⁊ sibi nouerat placituram: voluit itaq; esse ꝓginē de qua immaculata īmaculat⁹ pcederet oīm mac'as purgaturus. Voluit ⁊ humilē de q̄ mitis ⁊ humilis cor de pcederet hap in se ꝓtutu necessariū oīb saluberrimūq; exēplū ostensurus. Dedit g̃ ꝓgini partū q̄ ei iam ante ⁊ ꝓginitatis inspirauerat votū: ⁊ hūilitatis prōgauerat meritū. Alioq̄n quō angelus in ꝯsequentib eā grā plena prenūciat si qui dpiā vel pap boni qd ex grā nō esset habebat. Vt igit̄ que sctm̄ sctōp ꝯceptura erat parit̄ ⁊ paritura sctā ess. t corpe. accepit donū ꝓginitatis vt esset ⁊ mente accepit hūilitatis. His nimiū ꝓgo regia gēmis ornata ꝓtutū: geminoq; mentis piter ⁊ corpis decore pfulgida spē sua ⁊ pulcritudine sua in celestib cognita. celi ciuiū in se puocauit aspectus ita vt ⁊ regis animus in sui cōcupiam inclinaret ⁊ celestē nūcius ad se educeret de supnis. Et h̄ est qd euangelista nobis cōmendat cū angelū ꝓhibet a deo destinatū ad ꝓginē. A deo inq̄t ad ꝓginem. i. a celso ad humilē. a dño ad ancillam. a creatore ad creaturā. q̄nta dig̃tio dei q̄nta ꝓginis excellētia. Currite mres: currite filie. currite oēs q̄ post euā ⁊ ex eua ⁊ parturimini cū tristicia ⁊ parturitis. Adite ꝓginalē thalamū. ingredimini si potestis pudicū sororis vre cubiculū. Ecce em̄ de⁹ mittit ad ꝓginē. ecce affat angelus mariam Apponite aurē parieti: auscultate qd nunciet ei. si forte auditis vñ cōsolemini. Letare pī adam: sz magis eua mat exulta: q̄ sicut oīm parētes. ita fuist oīm pemptores. ⁊ q̄ infelici⁹ est pus pemptores. q̄ parentes. Ambo inquā cōsolemini sup filia ⁊ tali filia. sz illa ampli⁹. de q̄ malū ortum est pus: cui⁹ opprobriū in oīs ptransiit mulieres. Instat nāq; tps q̄ iam tollat opprobriū nec hēat vir qd causet aduersus feminā. q̄ vtiq; dū se impudenter excusare conerek. crudelit̄ illā accusare cūctat⁹ est dicens. Mulier quā dedisti mihi dedit mihi de ligno ⁊ comedi Propterea curre eua ad mariā. curre mat̄ ad filiā filia p te mre rñ deat. Ipa matris oprobria auferat ipsa pī p te matre satisfaciat. Quia ecce si vir cecidit per feminam. iam non erigitur nisi per feminam. Quid dicebas o adam Mulier quā dedisti mihi de ligno dedit mihi ⁊ comedi. Verba malicie sunt hec. q̄ bus magis augeas q̄ deleas culpā. Verumtamen sapientia vincit maliciā. cū occasionem venie. quam a te deus interrogando elicere tentauit: sz non potuit: in thesauro indeficientis sue pietatis inuenit. Reddit nempe femina p femina: prudēs p fatua. humilis p supba. q̄ p ligno mortis gustu tibi porrigat vite: ⁊ p venenoso cibo illo amaritudinis: dulcedinē pariat fruct⁹ eterni. Dura igit̄ ꝓbū inique excusationis īvocē grārū actōis. ⁊ dic. Dñe: mulier quā dedisti mihi dedit mihi de ligno vite ⁊ comedi. ⁊ factū est dulce sup mel in ore meo: qr in ipo vivificasti me. ecce em̄ ad h̄ missus est angel⁹ ad ꝓginem. O admirandā ⁊ omni honore dignissimā ꝓginem. O feminam singularit̄ venerandā sup oīs feminas admirabilē. emptoq; repatricem. posteroq; vivificatricē. Missus est inquit angel⁹ ad ꝓginem. Virginē carne ꝓginem mente. ꝓginem pfessione. ꝓginē denicq; q̄lem describit apls: mente ⁊ corpe sanctam nec nouiter nec fortuitu inuentā. sz a secl̄o electam. ab altissimo pcognitā ⁊ sibi ppatam. ab angelis seruatā. a patrib pfigurātam. a ꝓphet pmissam. Scrutare scripturas ⁊ pba q̄ dico. Vlisne aliq̄ ego ex his testimonia hic inferā. Vt pauca loq̄r de pluribus: quā tibi aliā deus p̄dixisse videtur qñ ad serpentē ait: inimicitias ponā inter te ⁊ mulierē. Et si adhuc dubitas an de maria dixerit. audi qd sequtur. Ipa cōteret caput tuum. Cui seruata est victoria hec nisi marie. Ipa pcul dubio caput ꝯtriuit venenatum. q̄ oīmodā suggestionē maligni tā de carnis illecebra. q̄ de mētis supbia duxit ad nihilū. Quā ꝓo aliā salomon querebat cū dicebat. mulierem fortē q̄s inueniet. Nouerat q̄ppe vir sapiens hui⁹ sexus infirmitatē fragile corpus. lubricā mentē: qr tñ legerat deū pmisisse: ⁊ ita videbat cōgruere: vt q̄ vicerat p feminā vinceret p ipsam. vehement̄ admirās aiebat. Mulierem fortē q̄s inueniet. qd est dicere. Si ita

de manu femine pendet nra ⁊ oim salus ⁊ innocētie restitutio. ⁊ de hoste victoria fortis omino necesse est vt preiudicet q̄ ad tātum opus possit esse ydonea. Sz mulierē fortē quis inueniet. Ac ne hoc quesisse videatur desperādo: subdit ꝓpheta dicendo. procul ⁊ de vltimis finib⁹ preciuz eius. Hoc non est vile: nō paruū: nō mediocre: nō de nicq̄ de terra: sed de celo: nec de celo proximo terris preciū hui⁹ mulieris fortis sz a sūmo celo egressio eius. Quid deinde rubus ille mosaycus portēdebat: flāmas q̄dem emittēs sed nō ardens: nisi mariā patientem ⁊ dolorem nō sentientē. Quid rogo ꝗga aaron florida nec humectata: nisi ipam concipientē: cuius viq̄ nō cognoscētem. Hui⁹ magni miraculi mai⁹ mysteriū esaias edisserit dicens Egredietur virga de radice iesse: ⁊ flos de radice eius ascendet. virgam ꝗginem. florem ꝗginis partū intelligens. Sed si tibi q̄ nūc in flore xps intelligi dicit: superiori videt aduersari sententie: qua nō ꝗge flore. sed floris fructu designari videbat. noueris in eadem aaronica virga: que nō solū floruit: sz etiam fronduit ⁊ fructū emisit. nō solū flore vel fructu: sed ⁊ ipis etiā frondib⁹ eundē significari Noueris ⁊ apud moysen nec fructu ꝗge nec flore sed ipsa ꝗga ⁊ demonstrari. Illa vticq̄ ꝗga qua feriente aqua vel diuidit trāsituris: vel de petra excutit bibitur. Nullū autez inconueniēs est: diuersis ex reb⁹. diuersis ex causis xp̄m significari: ⁊ in ꝗga q̄dem potentiam. in flore ꝗo fragrantiaz. in fructu aūt saporis dulcedinē. in frondib⁹ quoq̄ sedulā eius intelligi protectionē: qua videlicet paruulos ad se ꝛfugientes sub vmbra alaq̄ suaq̄ protegere non desinit. siue ab estu carnaliū desideriorq̄ siue a facie impiorum q̄ eos afflixerunt. Bona et desiderabilis vmbra sub alis iesu. tutum est fugientib⁹ refugiū. gratū fessis refrigeriuz. Miserere mei dñe iesu xp̄e miserere mei qm̄ in te confidit aia mea: ⁊ in vmbra alaq̄ tuaq̄ sperabo. donec trāseat iniqtas. In hoc tamē esaie testimonio florem filiū. ꝗgam intelligematerez: quoniā ⁊ ꝗga floruit absq̄ germine: ⁊ ꝗgo concepit nō ex homie: nec virge virorem floris lesit emissio. nec ꝗginis pudorem sacri partus editio. Proferam⁹ ⁊ alia virgini matri. deoq̄ filio congrua. de scripturis testimonia. Quid illud gedeonis significat vellus: qd̄ vticq̄ de carne tonsum: sed sine vulnere carnis in area ponitur. ⁊ nunc quidē lana nunc ꝗo area rore pfundit. nisi carnem assumptā de carne ꝗginis ⁊ absq̄ detrimento ꝗginitatis. Qui vticq̄ distillantib⁹ celis tota se infudit plenitudo diuinitatis: adeo: vt ex hac plenitudine omēs accipiamus. qui ꝗe sineipa nō aliud q̄ terra arida sum⁹. Huic quoq̄ gedeonico facto pulcre ꝓphetico dictum satis cōuenire videt. vbi legitur. Descendit sicut pluuia in vellus. Nam p hoc qd̄ sequit: ⁊ sicut stillicidia stillātia super terram. idem intelligi vat: qd̄ p inuentam rore madidā aream. pluuiā nēpe voluntariam quā segregauit deus hereditati sue. placide prius ⁊ absq̄ strepitu operationis hūane. suo se quietissimo lapsu virgineum demisit in vteq̄. Postmodum ꝗo vbicq̄ terrarum diffusa est p ora pdicatorq̄ non iam sicut pluuia in vell⁹. sed sicut stillicidia stillantia super terram cum quodā vite strepitu ꝗborum ac sonitu miraculorum. Siquidem recordate sunt nubes illeque portabant pluuiā: preceptū sibi fuisse cum mitterent. Qd̄ dico vobis in tenebr⁹ dicite in lumine: ⁊ qd̄ in aure auditis. predicate sup tecta. Quod ⁊ fecerunt. Etem in omnē terraz exiuit sonus eorq̄ ⁊ in fines orbis terre verba eorq̄. Audiamus ⁊ hieremiam noua veteribⁿ vaticinantē quē pscentem monstrare non poterat: ventuq̄ ardenter desiderabat: ⁊ fidēter promittebat. nouum inquit faciet dñs sup terram. femia circūdabit viq̄. Que est hec femia. Quis ꝗo iste vir. Aut si vir quomō a femina circundari potest. quomō vir. Et vt aperti⁹ dicam: quomō potest simul ⁊ vir esse: ⁊ in vtero matris hoc est em a femina circūdari Nouimus viros: q̄. s. infantiā. pueritiam ⁊ adolescentiā atq̄ iuuentutem transeuntes. ad gradum vsq̄ senecturi proximum pueneruntⁿ. Quiergo a deo iam grādis est quō a femina circūdari potest. Si dixisset femina circundabit infantē: vel femia circundabit paruulū. nec nouuz videret. nec mirum. nunc aūt q̄ nihil tale posuit. sz dixit viq̄ querimus q̄ sit hec nouitas quam

descend sic vell

Nouū dominus terra

fecit dñs ī terra: vt femina circūdaret vir: ⁊ vir intra feminei vnius corpusculi membra sese cohiberet. Quid est hoc miraculi: nunquid potest hō: vt ait nicodem⁹ in vētrem matris sue iterato introire ⁊ renasci. Sed vero me ad conceptū: partūq; virginalem: si forte inter plurima noua ac mira que ibi profecto inspicit que diligenter inquirit. etiam hanc quā propheta ꝓtulit reperiā nouitatem. Porro ibi agnoscit lōgitudo breuis. latitudo angusta. altitudo sub dita. profunditas plana. Ibi agnoscit lux nō lucens. verbum infans. aqua sitiens panis esuriens. Videas: si attendas potētiam regi. sapientiā instrui. virtutem sustētari: deum denicq; lactentem: sed angelos reficientem. vagientē: sed miseros consolantem. vides si attendas tristari letitiaz pauere fiduciam. salutem pati. vitam mori. fortitudinem infirmari. Sed qō non minus mirandū est ipa ibi cernit. tristicia letificans. pauor ꝓfortās. passio saluans. mors viuificās. āfirmitas roborans. Cui iā illō qz nō occurrat qō q̄rebā. Nūqd nō facile tibi est int̄ hec feminā agnoscere virū circūdantē. An nō mariā videas virū approbatū adeo ihm suo vtero ꝓplectentem virū aūt dixerim ihm fuisse: nō solū cū iam diceret. vir ꝓba potēs: i ope: ⁊ fmone. sed etiā cū tenera adhuc ifantī dei mēbra mīblādo vel refoueret i gremio vel foueret i vtero. vir igit erat iesus necdū nat⁹: sz sapientia nō etate: animi vigore nō corpis: maturitate sensuū. nō corpulētia mēbrorū. Neq; n. min⁹ sapie habuit: vel poti⁹ non min⁹ fuit sapia dei iesus ꝓcept⁹ q̄ natus: paru⁹ q̄ magn⁹. Siue igit latēs in vtero siue vagiēs i ꝓsepio. siue iā grādiuscul⁹ interrogās doctores i tēplo. siue iam ꝓfecte etatī docēs i ꝓpho. eq; ꝓfecto plen⁹ fuit spū sctō. Nec fuit hora in q̄cūq; etate sua q̄ de plenitudie illa: quā in sua ꝓceptōe accepit i vtero vel aliqd minuerek: vel eidē aliqd adūcerek. sz a ꝓncipio ꝓfect⁹: a ꝓncipio icq; plen⁹ fuit spū sapie ⁊ itellect⁹. spū cōsilij et fortitudinis. spū scie ⁊ pietat̄: ⁊ spū timoris dñi. Nec te moueat q̄ de eo legeris in alio loco: iesus aūt ꝓficiebat sapia: etate ⁊ grā apō dñm ⁊ hoies. Nā qō de sapia hic ⁊ grā dictū est nō fm qō erat sz fm q̄ apparebat itelligēdū est. Nō qz vz aliqd nouū et accederet qō aū nō hēret sz q̄ accederevi deret: qū volebat ipse vt videret. Tu hō cū ꝓficis nec qū nec quātū vis ꝓficī. sed te nesciēte tu⁹ ꝓfect⁹ moderat̄. tua vita disponitur. At vo puer iesus q̄ disponit tuā. ipe disponebat ⁊ suā ⁊ qū volebat. ⁊ qb⁹ volebat sapiēs apparebat: qū volebat. ⁊ qb⁹ volebat sapiēcior. qā volebat. ⁊ qb⁹ volebat sapientissim⁹: q̄q; in se nunq; esset nisi sapientissimus. Sic ⁊ cū oī grā sp plen⁹ fuisset siue quā apō deū. siue quā apō hoies hēre deberet. pro suo tū arbitrio eā nūc pl⁹ nunc minus ostēdebat ꝓut cernentiuz vel meritis ꝓgruere vl̄ saluti expedire sciebat Constat igit: qz sp iesus virilē aīm habuit ⁊ si sp in corpe vir nō apparuit. Cur denicq; dubito virū fuisse i vtero: quem inibi deū fuisse nō ābigo. Vir⁹ qpe est eē virū q̄q; esse deū. Sz vide si nō ec̄ hanc hieremie nouitatē esaias lucidissime apit. q̄ ⁊ nouos aaronicos flores exposuit. Ecce inqt virgo ꝓcipiet ⁊ pariet filiū. En habes feminā. s. virginem. vis ⁊ de viro audire quid sit. Et vocabit̄ nomē ei⁹ ait emanuel. i. nobiscuz de⁹. femina itaq; circūdans virū virgo est ꝓcipiens deū. Videes q̄q; pulcre ⁊ cōcordit scrōrum mira facta ⁊ mistica dicta sic sibi inuicem ꝓcinnūt.. Videes q̄q; stupendū sit h̄ vnū de virgine: ⁊ in virgine factū miraculum. qō tot pueruerūt miracula. tot oracl'a p̄ uiserunt. Vnus numiq; fuit spūs ꝓpheta rum. licet diuersis modis signis ⁊ tpibus eandē rem diuersē: nō diuerso spū ⁊ p̄uideruntꝰ p̄dixerūt. Qō moysi monstratū est in rubo ⁊ igne. aaron in virga ⁊ flore. gedeoni in vellere ⁊ rore. h̄ aptē salomō p̄uidit in forti muliere ⁊ ei⁹ p̄cio. aptius hieremias p̄cinnuit de femia ⁊ viro. aptissime esaias declarauit de virgine ⁊ deo: Gabriel tandē exhibuit ipam virginē salutādo. Ipsa nāq; est de q̄ nūc ait euāgelista. Missus ē angel⁹ gabriel a deo ad virginē desponsatā ioseph. Ad virginē inqt desponsatā. Quare desponsatā. Cū esset inq; virgo electa. ⁊ vt oñsum est virgo ꝓceptura. virgo paritura miram cur desponsata fuerit ⁊ nō inupta. Nunqd vel h̄ casu factū: qs dixerit. Non est casu factū. qō rōnabilis causa ꝓmēdat causa vtiq; valde vtil' ⁊ necessaria: ⁊ diui

ni prorsus adinuentione consilij dignã. dicam qõ mihi. imo ꝓ aũ me prius visus fuit. Illa vtiq; fuit rõ desposationis marie. que ⁊ dubitatõis thome Mos siquidem erat iudeorũ: vt a die desposatiõis sue vsq; ad tps nuptiarũ sponsis sponse traderẽt custodiende. q̃ ten⁹ eas ipi eo pudicitiaz sibi curiosi⁹ seruarent: quo sibiꝫ pi fideliores existerent Sicut igit thomas dubitãdo palpando. ꝓstanti⁹ fact⁹ est dñice resurrectionis ꝓfessor: ita ioseph mariam sibi desponsando ei⁹ cõuersationẽ in tpe custodiendo studiosius ꝓbando fact⁹ est pudicitie fidelissim⁹ testis. Pulcra vtriusq; rei ꝓuenientia. ⁊ dubitatio thome ⁊ desponsatio marie. Poterãt q̃dem sibi nob laqueũ erroris inicere: fidei vz i illo: castitatis i illa. piratem in suspitionẽ adducere. Sz valde prudẽter ⁊ pie p ꝓriũ factũ est: vt vñ metuebat suspitio. firma sit certitudo. Nam ⁊ de filij resurrectõe: citi⁹ q̃dem ego q infirmus suz crediderim thome dubitãti ⁊ palpãti: q̃ ceph audiẽti ⁊ credẽti. Et de matris ꝓtinẽtia facili⁹ spõso ei⁹ custodienti ⁊ expienti q̃ ipi q̃z ꝑgini de sola sua conscia se defendẽti. Dic q̃ so q̃s eã videns nõ desponsatã ⁊ grauidã. nõ poti⁹ diceret meretricem q̃ ꝑginẽ. Nõ aũt decebat hoies de matre dñi. Tolerabili⁹ ꝓo atq; honestius fuit putari ad tps xpm de ꝓiugionatũ q̃ de fornicatõe. Sz nõ poterat inqs de⁹ apertũ aliqõ oñdere signuz. q̃ vz fieret vt ei⁹ nec ortus infamaret. nec maleriminaretur. poterat vtiq: sz nõ poterat latere demones. qõ scirẽt hoies. Oportebat aũt a ꝓnciperũdi aliquã diu celari diuini cõsilij sacramentũ. nõ qõ si vellet de⁹ palam opus suum facere impediri ab aliq̃ metueret. sz qz ipe: q̃ nõ solũ potent sz etiã sapiẽter q̃cunq; voluit fecit: sicut i oib ogibus suis q̃dam rep vel tpm cõgruentias ꝓpt ordinis pulcritudinẽ seruare ꝓsueuit: ita i hoc quoq; tam magnifico ope suo. nostre videlicet reparationis non tm potentiã. sed etiam prudentiam suam ostendere voluit Et quanq; illud aliter quomõ vellet perficere potuisset. placuit ei tamen. eo potius ⁊ modo ⁊ ordine hominẽ sibi reconciliare quo nouerat ceci disse. vt sicut diabol⁹ prius feminam seduxit ⁊ postmodũ virum p eam vicit. ita prius a femina ꝑgine seducereturꝛ ⁊ postmodum a viro xpo aptedebellaretur. quatenus malicie ⁊ fraudi: diuiars pietatis illuderet. ac maligni fortitudinem xpi ꝑtus ꝓtereret. diabolo deus et prudentior appareret ⁊ fortior. Ita q̃ppe decuit incarnatã sapiam spiritalem vincere maliciam: quo non solum attingeret a fine vsq; ad finẽ fortiter: sed ⁊ disponeret omia suauiter Attingit aũt a fine vsq; ad finem. i. a celo vsq; ad infernũ. Si ascendero inquit in celuz tu illic es: si descendero in infernum ades. Et robiq; ꝓo fortiter: quãdo ⁊ de fugnis expulit fugbum: et apud inferos spoliauit auaꝫ. Conueniens ergo erat: vt suauiter quoq; omia celestia. ⁊ terrena disponeret quatenꝰ ⁊ illinc deij ciens inquietum. reliq̃s in pace firmaret: ⁊ hic debellatur⁹ inuidũ nobis prius se humiliatis ⁊ mansuetudinis valde necessarium exemplum relinqueret. sicq; mirabili fieret moderamie sapie: vt ⁊ suis suauis ⁊ hostib⁹ apperet fortis. Quid. n. pdesset diabolũ a deo vinci: nobis remanẽtib⁹ superbis. Necessario igit desponsata est maria ioseph: qñ p hoc ⁊ sanctuz a canib⁹ absconditur. ⁊ sponso ꝑginitas comprobat: ⁊ ꝑginis tam verecũdie parcit. q̃ fame p uidetur. Quid sapientius: quid dignius diuina prudentia: Vno tali cõsilio secretꝫ celestib⁹. ⁊ admittit testis ⁊ excludit hostꝫ ⁊ integra seruatur fama virginis matris. Alioquin quomodo pepercisset iustus adulter Scriptum est autem Ioseph autem vir eius: cum esset iustus ⁊ nollet eam traducere: voluit occulte dimittere eam. Bene cum esset iustus noluit eam traducere. quia sicut nequaq̃ iustus esset si cognitaz ream ducere consensisset. sic nihilominus iustus non esset: si probatam innoxiam cõdemnasset. Cum igitur esset iustus ⁊ nollet eaz traducere. voluit occulte dimittere eam. Quare voluit dimittere eam. Accipe ⁊ in hoc non meam: sed patrum sententiam: propter hoc voluit ioseph dimittere eam: propter quod ⁊ petrus dominuz a se repellebat dicens. Exi a me dñe: quia homo peccator sum. ꝓpter qõ ⁊ centurio a domo sua cum repellebat eũ diceret. domine nõ sum dignus vt intres sub tectũ meum

Cũ q desponsata

Ita ergo ⁊ ioseph indignũ ⁊ peccatorem se reputans. dicebat intra se. a tali ⁊ tãta nõ debere sibi vltra familiare pstari cõtubernium. cui⁹ supra se mirabilez expauescebat dignitatem. Videbat et horrebat diuine psentie certissimũ gestantẗ insigne: ⁊ quia misteriũ penetrare nõ poterat: volebat dimittere eam. Expauit petrus potentie magnitudinem. expauit centurio pñtie maiestatẽ. horruit nimirũ ⁊ ioseph sicut homo hui⁹ tanti miraculi nouitatẽ mysterij profunditatem. ⁊ ideo voluit occulte dimittere eam. Miraris q ioseph pregnãtis sese ꝓsortio ꝟginis iudicabat indignũ. cũ audias sanctã elizabeth eius non posse ferre presentiã: nisi cũ tremore quodã ⁊ reuerentia. Ait em̃. vnde hoc mihi vt veniat mater dñi mei ad me. Ideo itaq ioseph voluit dimittere eam. Sed quare occulte et non palam. ne videlz si diuortq eã inquireretur: exigeret reddere rõnem. Quid em̃ responderet vir iustus populo dure ceruicz populo nõ credenti ⁊ contradicẽti. Si diceret qõ sentiebat: qõ de illius puritate cõprobauerat. nõne mor ĩcreduli. ⁊ crudeles iudei subsannarent illũ. lapidarent illam. Quãdo nanq ꝟitati crederent tacenti in vtero: quã postea cõtempserũt clamãtem ĩ templo. Quid facerent nondũ apparenti cui postmodu impias manus iniecerunt etiã miraculis choruscanti. Merito ergo vir iustus: ne aut mẽtiri aut diffamare cogeretur. innoxiaz occulte voluit dimittere eam. Sin ꝟo aliter quis sentiat et ioseph sicut hominẗ dubitasse ꝓtendebat. sed qz iustus erat noluisse quidẽ habitare cuz ea ꝓter suspitionem: nec tamen qz pius erat traducere voluisse suspectaz. ⁊ ideo voluerit occulte dimittere eam. Breuiter respõdeo etiã sic illam dubitationẽ ioseph fuisse necessariam. q diuino meruerit certificari oraculo. Sic quippe scriptũ est. Hoc ãt eo cogitante. quo. s. dimitteret eam: apparuit ei angelus in somnis dicẽs. Ioseph fili dauid noli timere accipe mariã ꝓiugẗ tuã. qõ em̃ in ea natũ est. de spiritusancto est. Itaq ꝓter has rõnes desponsata est maria ioseph: vel potius sicut ponit euangelista: viro cui nomen erat ioseph. Virũ nominat non quia maritus: sz qz hõ ꝟtutis erat. vel potius qz scõm aliũ euangelistam nõ vir simplr: sz vir eius dictus est: merito appellabat. qõ necessario putabat. Debuit g̃ vir eius appellari qz necesse fuit ⁊ putari. Siquidẽ pat saluatoris nõ q̃dez esse. sed dici meruit vt putaret esse. dicente hoc ꝓpo euangelista. Et ipe iesus erat incipiens quasi annoꝝ triginta: vt putabatur fili⁹ ioseph. Nec vir g̃ matrz ⁊ filij pat extitit: q̃uis certa vt dictũ est ⁊ necessaria dispensatiõe vtcunq ad tps ⁊ appellat⁹ sit ⁊ putatus. Conice tñ q̃tũ ex hac appellatõe qlz dispensatoria meruit honorari: aõ vt pat dei. ⁊ dicet⁹ ⁊ credit⁹ sit. Conice ⁊ ex proprio vocabulo. qõ augmentũ nõ dubitas interptari: q ⁊ qualis fuerit iste ioseph Simul ⁊ memento illius quondã magni patriarche venditi in egypto. ⁊ scito ipi⁹ istũ nõ solũ vocabulũ fuisse sortitum. sz ⁊ castimoniam adeptũ. innocentiã assecutum et grãm. Siquidez ille ioseph fraterna ex inuidia vẽditus ⁊ ductus in egyptũ xpi vẽditionem pfigurauit: iste ioseph. herodianam inuidiã fugiẽs: xpm in egypto portauit. Ille dño suo fidem seruãs dñe noluit ꝓmisceri. iste dñam suã. dñi sui matrẗ ꝟginem agnoscẽs. ⁊ ipe ꝓtinẗs fidelit custodiuit. Illi data est intelligẽtia ĩ mysterijs sõnioꝝ: isti datũ est ꝓsciũ fieri: atq principem celestiũ sacramẽtoꝝ. Ille frumẽta seruauit nõ sibi: sz oi ꝓplo. iste panẽ ⁊ vinũ e celo seruandũ accepit tã sibi q̃ toti mũdo. Nõ est dubiũ q̃n bon⁹ ⁊ fidel fuerit iste ioseph: cui mat desponsata est saluatoris. Fidel inq̃ seru⁹ ⁊ prudẽs quẗ ꝓstituit dñs sue matris solaciũ. sue carnis nutriciũ soluz denicq̃ in terris magni ꝓfilij coadiutorẗ sibi fidissimũ. Huc accedit qõ dñ fuisse de domo dauid. Vere. n. de domo dauid vere de regia stirpe descẽdit vir iste ioseph nobil genere mẽte nobilior plane fili⁹ dauid nõ tm̃ carne. sz fide scritate ⁊ deuotõe. Quẗãq̃ alterum dauid dñs inuenit fm cor suũ cui turo ꝓmitteret sacratissimũ sui cordis arcanũ. Cui tãq̃ alteri dauid icerta ⁊ occulta sapiẽtie sue mãifestauit: ⁊ dedit illi nõ ignarum esse mysterij: qõ nemo ꝓncipũ hui⁹ seculi ꝓgnuit. Cui denicq datũ est q multi reges ⁊ ꝓphe. cũ vellent videre nõ viderũt. ⁊ audire. ⁊ nõ audierũt. nõ solũ audire ⁊ vi-

dere: sed ⁊ portare: deducere. amplecti. deosculari. nutrire ⁊ custodire. Non tantum aūt ioseph: sed ⁊ maria descēdisse credēda est de domo dauid. Alioq̄n nō fuisset desponsata viro de domo dauid. si non esset ⁊ ipa de domo dauid. Ambo igit̄ de domo dauid: sed in altera ꝓpleta est veritas. quā iurauit dōs dauid. altero tm̄ conscio ⁊ teste adimplete ꝓmissionis. In fine aūt ꝓlus. Et nomē inq̄t ꝑginis maria. Loq̄mur pauca sup̄ hoc nomine qd interpretatū maris stella dicit. ⁊ matri ꝑgini ꝓuenient aptat. Ipa nāq̄ aptissime sideri ꝓpat. qz sic sine sui corruptōe sidus suū emittit radiū sic absq̄ sui lesiōe ꝑgo parturiuit filiū Nec sideri radi⁹ suā minuit claritatē: nec ꝑgini filiⁿ suā integritatē. Ipsa est ḡ nobilis illa stella ex iacob orta cui⁹ radi⁹ vniuersuz orbem illuminat. cui⁹ splendor ⁊ pfulget in supnis: ⁊ inferos penetrat: terras etiā plustrans. ⁊ calefaciēs magis mētes q̄q̄ corpa fouet ꝑtutes. excoquit vitia. Ipsa est inq̄q̄ pclara ⁊ eximia stella sup̄ hoc mare magnuz ⁊ spaciosum necessario sublimata. micans meritis. illustrans exemplis. O q̄sq̄s te itelligis in huius seculi profundo magis inf̄ pcellas ⁊ tēpestates fluctuare q̄q̄ p terram ambulare. ne auertas oculos a fulgore hui⁹ sideris. si non vis obrui procellis. Si insurgāt venti tentationū. si incurras scopulos tribulationū. respice stellā: inuoca mariā. Si iactaris supbie vndis: si ambitionis. si detractionis. si emulatiōis respice stellā. inuoca mariā. Si iracundia aut auaritia aut carnis illecebra nauiculā cōcusserit mētis: respice ad mariā Si criminum imanitate turbat⁹ conscie feditate cōfusus. iudicij horrore pterritus. baratro incipias absorberi tristicie. desperatōis abysso cogita mariā. In piculis. in angustijs. in reb⁹ dubijs mariā cogita. mariā inuoca. nō recedat ab ore: nō recedat a corde: et vt ipetres ei⁹ orōnis suffragiū. nō deseras cōseruatōis exemplū. Ipam sequēs nō deuias: ipam rogās nō desperas: ipam cogitās nō erras. Ipa tenēte nō corruis. ipa pregēte nō metuis: ipa duce nō fatigar̄. ipa p̄picia puenis. sic i temeripo expieris q̄q̄ metiro dictū sit. ⁊ nomen ꝑginis maria. Sz iam modice pensandū est ne ⁊ nos in trāsitu claritatem tanti luminis intueamur. Vt em̄ ꝑbis aplicis vtar: bonū est nos h̄ esse ⁊ libet dulciter contemplari in silentio qd̄ laboriosa nō sufficit explicare locutio. Interim aūt ex deuota scintillātis sideris contemplatōe feruentior reparabit̄ in his que sequunt̄ disputatio.

Homelia tertia.

Libenter vbi mihi ꝓgruere video ꝑba sanctoꝝ assumo: quo vl̄ ex vasculoꝝ pulchritudine gratiora fiāt q̄ i eis lectori apposuerim. Vt aūt a ꝓpheticis ꝑbis incipiā. ve mihi nō quidem sicut ꝓpheta qz tacui: sz qz locutus sum: qm̄ vir pollutus labijs ego sum. Heu quot vana quot falsa. q̄t turpia. p hoc ipm̄ spurcissimū os euomuisse me recolo: in quo nūc celestia reuoluere p̄sumo. Vehement̄ timeo ne iam iā audiā ad me dictum. Quare tu enarras iusticias meas ⁊ assumis testamētuz meū p os tuū Vtinā ⁊ mihi de supno altari. nō quidē carbo vnus: sed ingēs globus igneus afferat̄ q̄ videlicet multā ⁊ inueteratam pturientis oris mei rubiginē ad plenū excoquere sufficiat. q̄tenus angeli ad ꝑginē ⁊ ꝑginis ad ipm̄ grata inuicē ⁊ casta colloq̄a dign⁹ habear meo q̄licūq̄ replicare sermōe. Ait̄ em̄ euāgelista. Et ingressus angel⁹ ad eā haud dubiū quin ad mariam dixit. Aue grā plena dōs tecum. Quō ingressus ad eā. Puto in secretariuz pudici cubiculi: vbi forta ssis clauso sup se hostio orabat p̄rem suū i abscōdito. Solent angeli astare orātib⁹ ⁊ delectari i his q̄s vident leuare puras manus in orōne ⁊ holocaustū sancte deuotiōis gaudēt se offerre deo i odorē suauitat̄. Varie āt orōnes q̄q̄ tū placuerint i ꝓspectu altissimi: angelus indicauit: q̄ ingressus ad eam tam reuerenter salutauit. Nec fuit difficile angelo p clausum hostiuz penetrare ad abdita ꝑginis: q̄ vtq̄ ex subtilitate sue substātie hoc habet in natura: vt nec seris ferreis arceatur ei⁹ ingressus. quocūq̄ su⁹ eū ipetus ferat. Angelic̄ em̄ spiritibus parietes nō obsistūt sz cūcta illis visibilia cedūt: cuncta eque corporea quantumlibet solida vl̄ spissa penetrabilia sunt eis ac peruia. Suspicandum igitur non est: q̄ apertū inue-

uerit angelus hostiolum ꝓginis. cui nimi
rum in proposito erat hominũ fugere fre
quentias. vitare colloquia: ne vel orantẽ
pturbarek silentiũ. vel cõtinentis castitas
tentarek. Clauserat itaq; etiã illa hora suũ
sup se habitaculũ prudẽtissima ꝓgo sz ho
minib⁹ nõ angelis Proinde ⁊ si potuit ad
eam intrare angel⁹: sz nulli hoim facit pa
tebat accessus. Ingressus ergo angel⁹ ad
eam dixit. Aue grã plena dñs tecũ. Legi
mus ĩ actib⁹ apl'oꝝ: ⁊ stephanũ plenũ grã
⁊ apl'os repletos fuisse spũsctõ: sz lõge dis
similiter a maria. Alioq̃n nec in illo habi
tauit plenitudo diuinitatẽ corpalit. quem
admodũ in maria: nec illi ꝛceperũt de spũ
sctõ quõ maria. Aue inq̃t grã plena dñs
tecũ. Quid miꝝ si grã plena erat cũ q̃ de⁹
erat. Sz h̃ poti⁹ mirandũ est quõ q̃ ange
lum miserat ad ꝓginẽ: ab angelo iuentus
est esse cũ ꝓgine. Itane velocior angelo fu
it deus: vt festinantez nunciũ celerior ipse
ꝓueniens ad terras. Nec miꝝ. Nam cum
esset rex in accubitu suo: nardus virginis
dedit odorẽ suũ: ⁊ ascẽdit in ꝛspectu glorie
ei⁹ fum⁹ aromatũ: ⁊ iuenit grãm corã oculi
dñi clamantib⁹ q̃ circũstabãt Que est ista
q̃ ascendit p desertum sicut ꝓgula fumi ex
aromatib⁹ mirre ⁊ thurẽ. Staticꝫ rex egre
diens de loco sctõ suo exultauit vt gigas
ad currendã viã. Et licz a sũmo celo egres
sus ei⁹: nimio tñ puolans desiderio preue
nit suũ nunciũ de⁹: ad ꝓginẽ quã amaue
rat: quã sibi elegerat cui⁹ decorẽ ꝛcupierat
Quem prospiciens alonge venientẽ gra
tulans ⁊ exultans ait ecclesia. Ecce venit
is saliens in mõtib⁹ transiliẽs colles De
rito aũt ꝛcupiuit rex decorẽ ꝓginis. Fece
rat eñ q̃cq̃d lõge añ ꝓmonita fuerat a pre
suo dauid dicente sibi: Audi filia ⁊ vide ⁊
inclina aurẽ tuaz ⁊ obliuiscere ꝓpl'm tuũ et
domũ pris tui. Et si hec fecerẽ concupiscet
rex decorem tuũ. Audiuit q̃ppe ⁊ vidit: nõ
vt q̃dam q̃ audientes nõ audiunt ⁊ vidẽ
tes nõ intelligũt: sz audiuit ⁊ credidit: vi
